

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Digiti.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

484      *Pars secunda de elevatione  
rum.* Philipp. 2. In omnium horum unionē &  
tu flecte sèpè genua ante Jesum. *Confortate ma-  
nus dissolutas, Et genua debilia roborate.* Dicite  
*pudicanis confortamini, Et nolite simere.* Il. 33.

*Digitii.*

**D**igitus Dei est hic. Exod. 8. Signum divinæ  
providentiae. Hoc Paulus III. dixit lecti  
formulâ instituti Societatis. *Homo Apostata*  
(desertor Dei virtutis) *annuit oculis* [ad irri-  
dendum & subsannandum] *teret pede, digito lo-*  
*quitur.* Prov. 6. Et his instrumentis ex una par-  
te singit se amicum, ex altera insidiantibus ho-  
stibus prodit quasi signo dato amicum. *Super-*  
*ponit digitum ori vestro.* Job. 21. Non garrien-  
dum, quando tacendum. *In eadem hora appa-*  
*ruerunt digitii quasi manus hominis scribentis,* Et  
*Rex aspiciebat articulos manus scribentis.* Tunc  
*facies Regis commutata est.* Compagines rerum ejus  
*solvebantur, Et genua ejus ad se invicem coide-*  
*bantur.* Dan. 5. O quanto terrore implen-  
tur impii in agone! dum instat Judex, qui nu-  
meravit annos, peccata, gratias datas, appen-  
dit merita ac demerita; & denum dividet vitam  
à morte, incolatum mundi hujus à domo æter-  
nitatis. Dives Epulo siti in inferno æstuanspe-  
tebat, ut Lazarus intingeret, extremum di-  
giti sui in os ejus. Luc. 16. Nil quidem juvasset  
exigua hæc refocillatio. Sed per hoc dicere vo-  
luit Christus: quodæ quidem tenuissimam so-  
latii umbram damnati habeant. *Infer digitum*  
*innum*

tum huc , affer manum tuam , & mitte in latus  
meum . Joan . 20. O mi JESU hoc cum Thoma  
Apostolo tuo crebro faciam in spiritu , & dicam :  
Dominus meus , & Deus meus .

Minimus digitus meus grossior est lumbis Pa-  
tris mei . Pater meus cæcidit vos flagellis (loris,  
quæ tantum corpus pulsant ) ego verò cædam  
vos scorpionibus . L . 2 . Paral . c . 10 . Sunt lora  
aduncis aculeis seu stimulis armata sicut scor-  
pius , quæ non tantum corpus pulsant , sed la-  
cerant ac discerpunt . Ità sapientissimi Parentis  
Regis Salomonis respondebat , rejecto consilio  
Seniorum , juvenes stolidos secutus stolidissimus  
filius Roboam , & per hoc regnum decem tri-  
buum perdidit . Sic stultus putat suum digi-  
tum , hoc est minimum etiam talentum , quod  
habet , præstare præ maximis talentis virorum  
doctorum ac prudentium . Sic heroum filii  
noxæ , & sapientum parentum loboles stulta .  
Et hujus sœpè causa sunt ipsi quoad cætera pru-  
dentes & sagaces patres . Et probabiliter Salo-  
mon in hoc quoque reus est , dum in senectute  
depravatum est cor illius per mulieres .

## Manus .

**Q**uodcunque facere potest manus tua , instan-  
ter operare , quia nec opus , nec ratio , nee  
sapientia , nec scientia erunt apud inferos ,  
quò tu properas . Eccles . 9 . Tenuisti manum dex-  
teram meam , & in voluntate tua deduxisti me ,  
& cum gloria suscepisti me . Ps . 72 .